

Exemplum legitur de quodam rege deuoto qui multum reuerenter solebat salutare paupes. de quo cum mirarentur principes suigauerunt fratrem suum ut ab eo quereretur causam huius. Quo facto accepit rex astra vnaz de aurata replens eam ossibus mortuorum. aliam vilem bitumine et pice limitam repleuit auro et gemmis et conuocatis principibus et dixit ut iudicarent que esset melior. et iudicauerunt deaurata esse meliorem. quia aperta inuenerunt plenam ossibus mortuorum vilibus. et aliam plenam auro et gemmis. Et ait rex ad eos. erratis iudicando quod deorsum est. beatus autem intuetur cor. Depe enim in diti vestibus preciosis pleni sunt omni malicia. et qui vilibus vestibus induuntur sepe redolent virtutibus. Ideo nolite secundum visum oculorum iudicare. Aliquando contingit ex auaricia. **Seneca** Auarus videns regem estimat pretione videns pauperem estimat furem. **Job. xv.** Cum pauper sit ille infidias semper suspicatur. **Eccl. ix. a.** di dies diuitis pleni sunt laboribus et erumnis nec per noctem requiescunt. **Augustin.** Diuitias inuenisti et requiem perdidisti. die sollicitus et nocte pauidus. semper egenus. Legitur quod quidam philosophus mortuis parentibus magnam thesaurum de patrimonio

consecutus et statim per sollicitudinem. nec dormire. nec plene operam dare poterat. tandem totum thesaurum in vnain massam redigit. Quod videns fur quidam: tota nocte ei infidiabatur et sibi auferre conabatur. et ponens massam sub caput suum dormire non potuit. Fur autem putans eum dormire cepit trahere massam. et philosophus cepit clamare trahe viriliter et tunc tu ego dormire possumus. fur autem aurum abstulit et tunc philosophus quiescit. Aliquando autem contingit ex longa experientia sicut dicit philosophus in secundo methexor. quod senes sunt maxime suspiciosi quia multo citius experti sunt aliorum defectus. quando aliquid vident vel audiunt quod eis displicet de facili suspicantur malum. quia timeant quod forte contingat in isto casu sicut prius multo citius experti sunt. **Exemplum** in sene thobia qui cum esset cecus audiuit balatum hominem quem ei uxor sua adduxerat et suspicabatur dicens. est furtum videte ne forte alicuius sit istud. excusatur quod timuit de malo.

Feria quarta quatuor temporum
Sermo xxi.

Quoniam audisset iohannes in vinculis opera christi. **Mat. xi.** Cumque Iohannes baptizasset